Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



185.

et serui sui deos alienos et
adoraverunt eos et coluerunt
idcirco induxit super eos dominus
omne malum hoc. Expletis
annis xx postquam edificaverat
duas domos / idest domum dni
et domum regis hyram rege
tyri plente salomon ligna
cedrina et abiegna / et aurum
iuxta omne quod opus huic
erat / tunc dedit salomon hyram
xx oppida in terra galilee. Et
egressus est hyram de tyro vt
videret oppida / que dederat
ei salomon et non placuerunt
ei / et ait / hecccine sunt ciui
tates quas mihi dedisti frater
Et appellavit eas terram chabul
vsque in diem hanc. Misit quoque
hyram regi xx talenta auri
Hec est summa expensarum quam
obtulit rex salomon / ad edi
ficandum domum dni / et do
mum suam / et millo et murum
iherlim / et aser / et mageddo
et gazer. Pharao rex egip
ti ascendit / suffoditque eam
igni / et chananeum qui habita
bat in ciuitate in interfecit / et
dedit eam in dote filie sue
vxori salomonis. Edificauit
ergo salomon gazer et
bethoron inferiorem et ba
laad / et palmiram in terra
solitudinis / et omnes vicos
qui ad se pertinebat / et erat
absque muro munuit et ci
uitates curruum / et ciuitates
equitum et quicquid ei pla
cuit vt edificaret in iherlim
et in libano et in vniuersa terra
potestatis sue. Vniuersum populum
qui remanserat de amor
reis et cetheis / et pherezeis
et eueis / et iebuseis qui non
sunt de filiis israel / horum filios
qui remanserant in terra / quos
scilicet non poterant filii israel exter
minare fecit salomon tributa
rios vsque ad diem hanc. De
filiis autem israel non constituit sa
lomon seruum quicquam / sed erant
viri bellatores / et ministri eius
et principes et duces / et prefecti
curruum et equorum. Erant autem
principes super omnia opera salomonis
Mille quingenti quinquaginta /
qui habebant subiectum populum et
statutis operibus imperabant. Fi
lia autem pharaonis / ascendit
de ciuitate dauid in domum
suam / quam edificauerat ei salo
mon / tunc edificauit millo
Offerebat quoque salomon tribus
vicibus per annos singulos ho
locausta et pacificas victimas
super altare quod edificaue
rat dno / et adolebat thimia
ma coram dno. Perfectumque
est templum. Classem quoque
fecit rex salomon in asion
gaber / que est iuxta heilam
in littore maris rubri / in terra
idumea. Misitque hyram in
classe illa seruos suos viros
nauticos et gnaros maris
cum seruis salomonis. Cum
eis venerunt in ophir sumpsi
runt inde auri quadringentorum
xx talentum / detulerunt ad
regem salomonem.

Capitulum decimum

Sed et regina
saba audita fama
salomonis in nomine
dni / venit temptare eum in
enigmatibus. Et ingressa in
templum iherlim multo comitatu